

58
 propositio enim est duorum terminorum ad se quaedam comparatio. Terminos autem uoco. numerorum
 sumas. Proportionalitas est aequarum proportionum collectio. Proportionalitas uero in
 tribus terminis minimis constat. Cum enim primus ad secundum terminum eandem rationem
 proportionem quam secundus ad tertium. dicitur haec proportionalitas. Estque inter tres
 terminos medius. qui secundus. Haec igitur proportiones. medii termini coniungentis.
 tria passio est. Aut enim aequa est differentia minoris termini ad medium. & medii
 ad maximum. sed non aequa proportio. ut in his numeris. 1. 11. 111. Inter tres quippe ac. 11.
 & inter. 11. ac tres. tantum unitas differentiam tenet. non est autem aequa proportio.
 11. quippe ad. 1. duplus est. tres ad duo. Sesquialter. aut est aequa in utrisque proportio.
 non uero aequalibus differentis constat. ut in his numeris. 1. 11. 111. nam duo
 ad unum. ita sunt dupli. quem admodum quaternarius ad binarium. Sed inter quater-
 narium. binariumque. binarius. inter binarium atque unitatem. unitas differentiam
 facit. Est uero tertium medietatis genus. quod neque eisdem proportionibus. neque
 eisdem differentis constat. sed quem admodum se habet maximus terminus ad mini-
 mum. ita se habet maiorum terminorum differentia. ad minorum differentiam termi-
 norum. ut in his numeris. 111. 1111. 11111. Nam sex ad tres. duplus est. Inter sex uero &
 quatuor. binarius inter. Inter quaternarium uero ac ternarium. unitas. Sed binarius
 comparatus ad unitatem. rursus duplus est. Ergo ut est maximus terminus ad minimum.
 ita maiorum differentia. ad minorum differentiam terminorum. Vocatur igitur illa
 medietas. In qua acquiescunt differentiae. Arithmetica. Illa uero in qua aequae proportio-
 nes. geometrica. Illa autem quae tria describimus. Harmonica. quarum haec subiiciamus
 exempla.

1	11	111
1	11	1111
111	1111	11111

Non uero ignoramus esse alias quoque proportionum medietates. quas quidem
 in arithmetica diximus. Sed ad praesentem tractatum. haec sunt interim
 necessariae. Sed inter has tres medietates. proportionalitas quidem proprie
 & maxime geometrica nuncupatur. Idcirco quoniam aequis proportionibus tota
 contextitur. Sed tamen eodem ueritur promiscue uocabulo. proportionalitatis
 sua ceteras nuncupantes.

DE CONTINUIS MEDIETATIBUS ET DISIUNCTIS

Sed in his. alia continua est proportionalitas. alia disiuncta continua quidem.
 ut superius disposuimus. Unus enim idemque numerus medius. nunc quidem